



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Impedimentis Matrimonii, Usu Et Divortio

Bosco, Jean a

Lovanii, 1685

Præfatio Ad Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73448](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73448)

PRÆFATIO
A D
LECTOREM.



Rodit in lucem, Benevole Lector, Opus Bipartitum R. A. P. *Ioannis Bosco* Antverpiensis, Ordinis Fratrum Minorum in Academia Lovanienſi S. Theologiæ Lectoris bis Jubilati &c. *Theologiæ* quidem ejus *Sacramentalis* Pars Quinta, tractans de *Contractu & Sacramento Matrimonij*, Pars verò Sexta & ultima *De Impedimentis Matrimonij, ejusque usu, ac Divortio*. Memoria Auctoris in benedictione ſit. In alijs Theologiæ ſuæ *Sacramentalis* Partibus potiffimùm Theologum agit, & Theologiſ ſervit. Hoc in Opere Bipartito *De Matrimonio* &c. agit promiſcuè & Theologum, & Canoniftam, & Iuriſtam pro materiarum exigentia: ſervitque tam Iuriſtis & Canoniftis, quàm Theologiſ. Nec ſolus agit, aut ſervit: intexit ſuo operi primarios alios, ſcriptis de Matrimonio inſignes, eorum ſententias cum fundamentis fideliter referens, & nunc pro meritis amplectens, tunc rejiciens. Liceret Opus hoc de Matrimonio Bibliothecam dicere, in qua legendi ſunt SS. Thomas, Bonaventura, Scotus, Suarez, Sanchez, Pontius &c. Quiſquis horum ſenſa deſiderat, hoc opus conſulat. Theologus etiam veteranus & emeritus tam inveniet quod diſcat, quàm quod doceat. Canonifta & Iudex Eccleſiaſticus, cauſis in Matrimonialibus aliquando perplexus, reperiet, undè ſecurè iudicium formet, & ſententiam dicat; Iudex quòque ſæcularis non rarè hîc inveniet quod ardeat, quodque in cauſarum diſcuſſione monſtret, ubi ſecurè pedem figat. Operis ſynopſin viſ? ſectiones in varias diſſectum eſt. Pars prima operis in duodecim; Pars altera in ſexdecim. Diſputationum Indices docebunt, & ſynopſeos loco erunt. Quiſquis ergò viſ ſolidè procedere, hoc Opus bipartitum verſa & reverſa. Invenies ſententias tam tutiores, quàm tutas, quas ſecurâ conſcientiâ ſequaris docendo, reſolvendo, conſulendo, agendo. Fruere labore, diſcute, corrige, adde, emenda, & vale.